Melanchthon, Philipp; Vögelin, Ernst [Editor]; Camerarius, Joachim [Oth.]: Liber Continens Continva Serie Epistolas Philippi Melanchthonis Scriptas Annis XXXVIII. Ad Ioach. Camerar. Pabep.
Lipsiae, 1569 Seite 754



bernet, & vt regat consilia vestra de filia. Bene vale. Quarto idus Octob.

Philippus.

CLARISSIMO VIRO ERVDITIONE SAPIENTIA ET VIRtute præstanti Ioachimo Camerario, fratri suo carissimo, S. D.

MAGIS delectatus sum litteris tuis, quas post iter meum ad me scripsisti, quam cœna illa delectatus essem, de qua scribis. Etsi enim doloris tui significationem ostendunt, tamen non feris lenit societas luctus aliorum, tristiciæ magnitudinem. Apud Ezechielem vetat interfici Deus eos qui gemunt propter prophanationes, etiamsi opitulari Ecclesiæ non potuerunt. Ita non dubitemus & nostra vota & nostros gemitus Deo probari, & petamus, vt ipse filius Dei vulneribus Ecclesiæ medeatur, & nostro loco vtilia doceamus. De tumultu Academiæ meæ patriæ litteras expecto eo auidius, quia Heshusius credo ἀκκιζόμενος, nondum differte promittit Hildesijs, qui eum vocarant. Existimo eum niti συμμαχίᾳ βλακώδει. Sed Deum oro, vt nos gubernet. Bene & feliciter vale. XIII. Cal. Nouemb. qui Ebræis est Kisleu, id est, ὠριώνειος.

Philippus.

CLARISSIMO VIRO ERVDITIONE SAPIENTIA ET VIRtute præstanti Ioach. Cam. fratri suo cariss. S. D.

Texit